

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XCIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Liberabuntur inscripti, Dan. 12. versi. 1. ingredientur in sanctum, Apoc. 21. v. vlt.

NOTA. De libro vitæ vide peculiarem Dispositionem in prima parte Promptuarii, Pag. 906. Ex Apoc. 20. v. 15.

F I N I S.

## THEMA XCIX.

Apoc. 21. v. 1.

*Vidi cœlum nouum & terram nouam (primum enim cœlum & prima terra abierat) & mare iam non extat.*

### D I S P O S I T I O.

In rebus terrenis communiter omnes ita affecti sumus, ut semper noua videre appetamus, quibus oculos pascamus.

Quod quidem (nisi nimis curiosi simus) non culpan- dum, attamen nec adeo comméndandum, si subinde vetera nobis sordestant, noua vero adlubescant.

At in cœlestibus nouis seu spiritualibus potius adeo visio nouarum non est reprehendenda, ut potius urgenda sit & inculcanda.

Talia noua & Joannes nobis ob oculos ponere vult in hac visione sibi olim reuelata, nobis vero nunc temporis reuelanda.

Veigitur conuenienti methodo procedamus, duo tractabimus: dicturi.

1. Quid per primum cœlum, terram & mare intelligatur, quæ abierint & non extent amplius.

2. Quid per nouum cœlum & terram nouam velit.

### I. Pars.

Primum cœlum & terram primam abiisse dicit Joannes, & mare non amplius extare. Verba hæc sunt Prophætæ

THEM  
phætæ, quæ  
teat fieri ip-  
tem haec cu-  
transibunt.  
sicut & ea, quæ  
treata, ve ex te  
in visione Pro-  
olita.

Dileximus  
um habuern-  
tura esse. Nur-  
tant & pro-  
substantiam,  
cur etiam super  
in viramque  
Nos sumus  
n. Testatur  
maia.

Quid egen-  
rit, quæ huic  
Multi vil-  
lef hic, cum in  
neccomplice  
Rom. 12. non  
dicamus. Tra-  
sumos selecti  
sempre et im-  
teris. Sive ergo  
dem cautio in  
tebahn / sum  
tate, non ter-

Vidi, inqu

phetiae, quæ reuelauit Deus seruo suo Ioanni, qui oporteat scribi ut ipse fatetur: Apocal. i. v. 1. Consentient autem hæc cum verbis Christi Luc. 21. Cœlum & terra transibunt. Nam quia primum hoc cœlum, ut & terra, sicut & ea, quæ in eis sunt, ut est mare etiam, non ideo sunt creata, ut extent in æternum, nemini mitum videri debet, in visione Prophætica Joanni ostensa, esse illa omnia abolita.

## L O C V S.

Dicimus hinc cœlum & terram, mare etiam, quæ sum habuerint initium temporis, rursus in tempore peritura esse. Num autem sicut peritura secundum accidentia tantum & proprietates inhærentes, an etiam secundum substantiam, de hoc non est coram vulgo disputandum, si eum etiam supra aliquoties monuimus. Possunt enim hæc in utramque partem disputari. Nec desunt argumenta,

Nos simus contenti verbis Christi, quod sint transitura. Testatur Petrus 2. Petri 3. quod sunt igni peritura omnia.

Quid egemus pluribus testibus? Paulus 1. Cor. 7. assertit, χῆμα huius mundi præterit.

Multo utilius erit usum huius loci inculcare populo, qui est hic, cum mundus sit peritus, non diligamus mundū nec concupiscencias eius, 1. Joan. 2. Ideo hortatur Paulus Rom. 12. non conformemus nos mundo: sed ei longe valdicamus. Transit enim χῆμa mundi, 1. Cor. 7. & Joan. 15. sumus selecti de mundo à Christo. Qui mundus præfens semper est immundus. Cum peruerso (Psal. 18.) peruerseris. Sit ergo mundus crucifixus Galat. 6. v. 14. Monet idem cautio in die ascensionis. Und sitibet stets der Weltbahn / thun was zu Gottes Kindern. Col. 3. Superne curate, non terrestria, Phil. 3. v. 13.

## II. Pars.

Vidi, inquit Ioannes, nouum cœlum, & nouam ter-

Aaa 5

janu

ram. Haec verba transumpta sunt ex cap. 65. Esaiæ v. 17  
repetuntur etiam Es. 66. ver. 22. In novo testamento non  
hic solummodo allegantur, sed & post: Epist. Petri. 3. ver.  
fis. 12.

Vidit Joannes priori corruptibili cælo & terra per-  
euntibus, ut & mari non existente amplius, cælum & ter-  
ram quæ noua erant. Id vult Joannes: Dominum omnia  
restauraturum in Christo.

Ædificium illud fore non amplius corruptibile, alte-  
rabile, seu variabile, aut mutabile, sed æternum, 2. Co-  
rinth. 5.

Terram ut & cælum non amplius vanitati subiecta,  
Roman. 8. fore, ut prius. Non opus fore solis & lunæ visu,  
quia Deus illuminatus sit omnia in omnibus omnia  
futurus sit.

Creaturas à corruptione, cui nunc sunt subiectæ,  
assertum iri in felicem illum statum integratæ &  
*æphægias*

In describenda noua terra & cælo potest quis in unum  
aceruum congerere, quæ sparsim per totam Apocaly-  
psin dispersa sunt.

In hoc ipso capite 21. latus campus deducendi cælum  
nonum, & terram nouam, patet.

### LOCVS.

Fore post hanc vitam & statum huius vitæ aliquando  
longe felicissimum & augustissimum, quando nimurum  
plenaria regeneratio & restitutio præfectissima erit, sic  
ut etiam Christus nouissimum diem regenerationem ab-  
pellat, Matth. 19. v. 28. in regeneratione cum sederit fi-  
lius hominis in sede maiestatis, &c. Ac comparat cum  
æstate, Luc. 21. & 24. Nam quemadmodum in hyeme o-  
mnia marcida sunt, & quasi mortua, ingræte autem æsta-  
te resurgent & renouantur.

Qualia autem futura sint illa omnia, experiemur in  
altera vita, hic vero nunquam perscrutabimur, oculos  
non

non vidit,  
Gott wölle  
Sciimus  
atque in ex-  
rahinc inde  
iuncta regi  
In noua et  
scitis nec san-  
inquinatum  
vanda sit, V.  
Sanguin  
tugient, q-  
rum confitri-  
phuris, exqu  
Abfordeb  
etera præce-  
rei. 1. 7.

Inci piani  
dum Deum  
1. 11. & 14. C.  
& induamus  
genem eius e-  
Confolati  
conspiciente  
tem illam, E-  
cogitant on-  
peccatum o-  
ta vero glo-  
1. Cor. 1. Mo-  
utm Deo

THEMA XCIX. EX NOVO TEST. 747

non vidit, auris non audiuit, Isa. 64. 1. Corinth. 2. verf. 9.  
Gott wölle daß wir's erleben. canit Ecclesia.

Scimus vero ex parte, & cernimus tanquam in speculo, atque in enigmate quadam, 1. Cor. 13. v. 12. quæ scriptura hinc inde aperit, nempe quod in novo cœlo non nisi iustitia regnatur sit, 1. Pet. 3.

In noua terra non amplius erit mors, immo nec estus, nec fitis, nec fames neque luctus, neque dolor. Quod nihil inquinatum sit ingressum cœlum & terram, quæ innovanda sit. Vide Apoc. 2. 1.

Satanam non amplius obambulaturum in star leonis rugientis, quæ situm quem deuoret, sed catenis tenebrarum constrictum iri, & proiectum in stagnum ignis & sulphuris, ex quo nulla amplius redemptio, &c.

Absorbebitur mortalitas à vita, 2. Cor. 5. v. 4. Breuiter, vetera præterierunt, ecce noua sicut omnia, 2. Corinth. 5. verf. 17.

Vsus huius loci est.

Incipiamus in hac vita fieri noua creatura, quæ secundum Deum sit, Gal 6. v. 15. & 2. Cor. 5. v. 17. Vide 2. Pet. 3. v. 11. & 1. 4. Coloss. 3. v. 9. 10. Exuamus veterem hominem & induamus nouum, renouemur de die in diem ad imaginem eius qui condidit nos, Eph. 4. v. 23.

Consolatione etiam hac se erigant omnes, qui genit, consipientes talcm *ἀντίληψιν* rerum omnium, & curvitatem illam, Ecclesi. 1. v. 15. vbi bonis male & malis bene est, cogitent omnia hactenus in veteri statu fuisse & propter peccatum obnoxia corruptioni & imperfectioni. In statu vero gloriæ nos triumphaturos illud *επινίκιον*. Osee 13. 1. Cor. 1. Mors absumpta est in victoriam, &c. Gratia autem Deo per Jesum Christum Dominum, qui nobis dedit victoriam, 1. Corinth. 15. verf. 57.

F I N I S.

THE